

th. lxxxv

intrauit & tenuit manum eius. & surrexit puella, & exiit fama
 haec in uniuersam terram illam; **E**t transeunte inde ihu
 secuti sunt eum duo cecii. clamantes & dicentes; Miserere nri filii d*e*; **C**um
 autem uenisset ad domum. accesserunt ad eum cecii. & dicit eis ihu;
 creditis quia possum hoc facere uobis? dicunt ei; utiq; dne; Tunc
 tetigit oculos eorum dicens; secundum fidem uram. fua uobis;
 & aperti sunt oculi eorum; & comminatus est eis ihu dicens; uide
 ne quis sciat; Illi autem exeuntes. diffamauerunt eum in tota terra
 illa; Egressis autem illis. ecce obtulerunt ei hominem mutum & demo
 num habentem; & eiecit de eo. locutus e. mutus; & miratae sunt
 turbae dicentes. numquam apparuit sic in isrl. pharisei autem
 dicebant. in principe demoniorum eicit demones; **E**t circuebat
 ihu ciuitates omnes & castella. docens in sinagogis eorum. & praedi
 cans euangelium regni; & curans omnem languorem. & omnem
 infirmitatem; **U**idens autem turbas. miseratus est eis. quia erant
 uexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem;

th. lxxxvi
 th. lxxvii
 th. lxxxviii

th. lxxxvii
 th. lxxxviii

th. lxxxviii
 lv. lxxxviii

Tunc dicit discipulis suis; messis quidem multa. operarii autem
 pauci; Rogate ergo dominum messis. ut eiciat operarios in
 messem suam;

IX
 th. lxxxviii
 th. lxxxviii
 lv. lxxxviii

ET CONDUXIT IS ^{ibus} DUODECIM DISCIPULIS

th. lxxxix
 th. lxxxix

suis. dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent
 eos. & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem;

th. lxxxix
 s.

Quoddecim autem ap^{osto}lorum nomina sunt haec; Primus simon
 qui dicitur petrus. & andreas frater eius; iacobus zebedae. & ioh
 frater eius; philippus & bartholomeus; thomas & matheus publi
 canus; iacobus alpha & iathaeus; simon cananeus. & iudas
 scariothes qui & tradidit eum; **H**os duodecim misit ihu. prae
 cipiens eis & dicens; In uiam gentium ne abieritis. & in ciuitates
 samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad oues quae
 perierunt domus isrl; **E**untes autem praedicate dicentes.

th. lxxxix
 th. lxxxix
 lv. lxxxix. & c.

